Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26044
Copyright: Admont, Benediktinerstift

160

ferre nolentes in vestibulo templi occiderunt. Quos venerabilis pontifex percusso prius
anathematis gladio Iordanem cum fautoribus suis, adiuncta Tyburtinis Roma
norum hostibus milicia coercuit pacemque petere coegit. XXXII.

Ea tempestate Armeniorum episcoporum eorumque metropolitani, quem ipsi katholicon, id est
universalem, propter innumerabilem episcoporum sub se habentem collegium vocant, legati a bulti
mo oriente apostolicum Viterbii per annum et sex menses iter agentes adeunt eique
subiectionem et salutationem illius ecclesie offerentes, nobis cum aliis multis presentibus
huiusmodi aperiunt causas. Inter ipsos et Grecos quandam de ritu sacrificii habitudo
est in quibusdam et in aliis vero discrepantia. Ponunt enim fermentatum panem sicut illi,
aquam autem vino non admiscent sicut nos et illi. Preterea natalem Domini et epiphanie continu
antes duas illas festivitates unam faciunt. Super his ergo utrique dissentientes Romanam
ecclesiam iudicem eligendo consultum venerunt, formamque sacrificii iuxta consuetu
dinem eius sibi tradi poscunt. Quos Romanus pontifex sacrificiis missas agens adhi
buit et que fiebant eos animadvertere monuit. Cumque altari astaret episcopus
quidam ex eis, ut postmodum retulit, in beati Martini octava, qua nunc dedicatio ec
clesie sancti Petri celebratur, Eugenio misteria sacra agente splendidissimum radium
solis super caput eius coruscare et in ipso duas columbas ascendentes et des
cendentes vidit. Cumque diligenti hac illacque oculos circumferret nullumque adi
tum per quem lux illa transfunderetur inveniret, divinum hoc esse cognoscens, ac ad
obedientiam Romane sedis amplius accensus, cunctis visum aperuit. Ut venerabilis pa
ter Hugo noster sanctae fidei illi attribuit, ut videlicet ecclesia, cui missus erat, sacramentorum veri
tate unitatis luce perfusa cognosceret. Retulit et idem episcopus in confinio Armenie quasdam
gentes esse, que infantes suos ferentes generarent eosque ad aquas Armeniorum la
vandos mitterent, quos illi baptismo tinguentes innatum a bestiis fetorem
expellerent; mox tamen reversi ad paganos nutritum et spurciciam redirent. Idque
utrum faciendum esset consuluerunt. XXXIII.

Vidimus et tunc ibi prenotatum Gabulensem episcopum domnum de Syria, cuius precipue
opere ad plenum Antiochia Romane sedi subesse cepit, tam de patriarcha suo Antio
cheno, et de principis matre, Balduini Hierosolime regis filia, querimoniam faci
entem, quam de spoliis Saracenis ablatis iure antiquitatis exemplo habere
decimas, que eas Deo rex cognoscens victoriam de suis spoliis Melchisedech de
dit, exigentem ac super hoc apostolici auctoritatem requirentem. Audivimus etiam predictum
transmarine ecclesie post captam Edissam conquerentem et ob hoc alpes transcendere